



Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

XIV. In nouo vitae genere suscipiendo Societatem Iesu delegit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

rum, Regis ornamentum pertinere videretur, nihil prætermisit.

CAPUT XIV.

In novo vita genere suscipiendo societatem IESV dicitur.

EX IN maiora animo agitabat; ut ad summam vita perfectionem contendaret, & Euangelij consilia, vinculis iam coniugij liber, amplectenda duceret. Rogare itaque pios homines, quoties ad se adirent precebus. Liturgias, à DEO poscerent, salubria sibi consilia de optimo vita genere diligendo, in quo sunt omnia, suggereret. Ipse quoque eleemosynas indies erogabat, plusque tribuebat temporis orationi, meditationi, atque vigiliis: ieunia, & corporis verberationes intendebat. Dicerat enim puer, deliberacione

de

de vitæ cursu ineundo, omnium
esse difficillimam. Illud verò fi-
xum, animoque obfirmatum,
diuitiis, honorumque titulis
abdicatis, C H R I S T V M sequi;
eiusque, Crucem tollendo, ve-
stigiis insistere. Hæc verò dubia,
& impedita cogitatio, in duplice
Religiosorum hominum via,
utram ingredi melius esset: eo-
rum ne, qui cælestium rerum
meditationi dediti, in solitudi-
nem se, hominumque infrequē-
tiam abdiderunt, & suæ dunta-
xat saluti inuigilant; an qui ex-
cellente animi magnitudine,
proximos Christo, qua verbo,
qua exemplo, lucrifacere studēt:
qualis Christi, & Apostolorum
vita fuit. Et verò sunt arctissimo
inter se vinculo, tanquam ger-
manæ, colligatae, quæ in con-
templatione, quæque in actione

ver,

E 3

*Cicero 2.
Offic.*

86 DE VITA FRAN. BORG.

versatur vita; in Maria, & Martha sororibus, designatæ. FRANCISCVS quidem solitudinis amantior videbatur, ut vni sibi, DEO que in solitudine commodius vacaret, ieconijs, & abstinentia corpus in eremo maceraret: verum cum se ad orandum daret, eorum potius institutum sibi commendari, DEO inspirante, sensit, qui contemplationi etiam actionem, publico modo, adiungerent. Sed in hoc ipso vitæ genere, perplexū & illud, in tot, tantisque piorū hominum familiis, quam potissimum sequeretur. In primis, Diui FRANCISCI institutum cæteris prætulit; quod & tutelarem illum, iam inde à puero, nomenque adsciuisset. Illic summam & inopiam, & vitæ austritatem, quas pridem artes bo-

nas

nas exoptarat, exerceri sciebat.
At dum hæc D E O sæpe com-
mendat consilia, aridum ab o-
ratione, frigidum, & iejuenum
exsurgere se sensit: rapi verò ad
Societatem IESV; quod recens
nata Religio, in vulgus etiam i-
gnota esset; nullus denique hic
ambitioni, dignitatue locus pa-
teret. Fore itaque, ut ibi ignobi-
lis, & inglorius falleret, ac late-
ret. Qua in deliberatione, rem
ad Diui FRANCISCI pium,
& eruditum sacerdotem, tan-
quam arcanum, retulit; D E I
oraculum, illo interprete, & de-
precatore, auditurus. Ille verò
facris operatus, narrat, vocari il-
lum in Societatem IESV; ita Deo
placitum: *Quod, inquit, tibi,*
Dux, et Ecclesiæ vertat bene. Victus
tandem cessit FRANCISCUS,
Societatemque inire certo de-

E 4 cre-

88 DE VITA FRAN. BORC.

creuit. Hæc dum agitat, oratio-
ni intentus, septem continuo
diebus tiaram capiti immentem
clarè vidit Ecclesiasticam digni-
tatem designari putans obtesta-
ri Deum, ac deprecari, ne, quos
fugeret honores, quæsiſſe alibi
videretur. Cum post Societatis
Præpositus renuntiatus esset à
Gaspare Fernandez interroga-
tus, illane tiara esset, iucundè re-
spondit, eandem videri.

CAPUT XV.

*In Societatem ab Ignatio re-
cipi cupit.*

IGTVR FRANCISCVS
nihil ultra cunctandum ratus,
domesticum extemplo cum lit-
teris Romam ad Ignatium alle-
gauit, qui tum Societatis fami-
liam auctor ipse ducebat: rogat
primum reliquis Sociis adscri-
ben-